

# PROPRIO DE LA MISA SANTA ESCOLASTICA

## Virgen

10 de Febrero - Fiesta clase 3.<sup>a</sup> - Blanco

*Salmo 44.8,2* INTROITO

DILEXISTI justitiam, et odisti iniquitatem: propterea unxit te Deus, Deus tuus, oleo lætitiæ præ consortibus tuis. *Ps.* Eructavit cor meum verbum bonum: dico ego opera mea Regi. *Ÿ.* Gloria Patri.

Has amado la justicia y odiado ri la iniquidad; por eso te ha consagrado el Señor, tu Dios, con el óleo de alegría, sobre tus compañeras. Salmo. Rebosa mi corazón en un bello discurso; es a un rey a quien digo mi poema. *Ÿ.* Gloria al Padre.

COLECTA

DEUS, Qui animam beatæ Virginis, tuæ Scholasticæ ad ostendendam innocentia viam in columbæ specie cælum penetrare fecisti: da nobis ejus meritis et precibus ita innocenter vivere, ut ad æterna mereamur gaudia pervenire. Per Dominum.

¡Oh Dios!, que para mostrarnos el camino de la inocencia, hiciste volar al cielo en forma de paloma al alma de tu santa virgen Escolástica, concédenos, por sus méritos y ruegos, vivir una vida tan inocente que merezcamos disfrutar de los goces eternos. Por nuestro Señor Jesucristo.

*2 Corintios 10.17-18; 11.1-2* EPÍSTOLA

FRATRES: Qui gloriátur, in Dómino gloriétur. Non enim qui seipsum comméndat, ille probátus est; sed quem Deus comméndat. Utinam sustinerétis módicum quid insipientia meæ, sed et supportáte me: æmulor enim vos Dei æmulatione. Despóndi enim vos uni viro virginem castam exhibére Christo.

Hermanos : El que se gloria, gloriase en el Señor. No es hombre de valor probado el que a si mismo se recomienda, sino aquél a quien Dios recomienda. ¡Oh, si me pudierais soportar un poco de desatino! Mas si, soportadme. Estoy celoso de vosotros con celo de Dios ; porque os he desposado con un esposo único : como una virgen pura, os he presentado a Cristo.

*Salmo 44.5* GRADUAL

SPÉCIE tua, et pulchritúdine tua inténde, prospere procéde, et regna. *Ÿ.* Propter veritátem, et mansuetúdinem, et justítiam: et dedúcet te mirabiliter dextera tua.

Con tu gracia y hermosura camina, sé feliz, reiná. *Ÿ.* Por la justicia y la verdad, distíngase tu diestra por sus brillantes acciones.

*Salmo 44.15-16*

ALLELÚIA, allelúia. *Ÿ*. Adducentur regi virgines post eam: proximæ ejus afferentur tibi in lætitia. Allelúia.

*Después de la Septuagésima, en vez del alehya, el tracto:*

*Salmo 44.10-16*

AUDI, filia, et vide, et inclina aurem tuam: quia concupivit Rex speciem tuam. *Ÿ*. Vultum tuum deprecabuntur omnes divites plebis: filiæ regum in honore tuo. *Ÿ*. Adducentur regi virgines post eam: *Ÿ*. proximæ ejus afferentur in lætitia, et exultatione: adducentur in templum regis.

*Mateo 25.1-13*

IN illo tempore: Dixit Jesus discipulis suis parabolam hanc: Simile erit regnum cælorum decem virginibus: quæ accipientes lampades suas, exierunt obviam sponso et sponsæ. Quinquæ autem ex eis erant fatuæ, et quinque prudentes: sed quinque fatuæ, acceptis lampadibus, non sumpserunt oleum secum: prudentes vero acceperunt oleum in vasis suis cum lampadibus. Moram autem facientes sponso, dormitaverunt omnes, et dormierunt. Media autem nocte clamor factus est: Ecce sponsus venit, exite obviam ei. Tunc surrexerunt omnes virgines illæ, et ornaverunt lampades suas. Fatuæ autem sapientibus dixerunt: Date nobis de oleo vestro: quia lampades nostræ exstinguuntur. Responderunt prudentes, dicentes: Ne forte, non sufficiat nobis, et vobis, ite potius ad vendentes, et emite vobis. Dum autem irent emere, venit sponsus: et quæ paratæ erant, intraverunt cum eo ad nuptias, et clausa est janua. Novissime vero veniunt et reliquæ virgines, dicentes: Domine, Domine, aperi nobis. At ille respondens, ait: Amen dico vobis, nescio vos.

ALELUYA

Aleluya, aleluya. *Ÿ*. Es presentada al rey seguida del cortejo de las virgenes, sus compañeras; se las conduce en la alegría. Aleluya.

TRACTO

Escucha, hija, y mira, y presta oídos; porque el Rey está prendado de tu hermosura. *Ÿ*. Los más ricos del pueblo mendigarán tu favor, hijas de reyes vendrán a tu encuentro. *Ÿ*. Es conducida al rey, seguida del cortejo de las vírgenes, sus compañeras. *Ÿ*. En gozo y alegría las conducen. Hacen su entrada en el palacio del rey.

EVANGELIO

En aquel tiempo: Dijo Jesús a sus discipulos esta parábola: Semejante será et reino de los cielos a diez vírgenes que, tomando sus lámparas, salieron al encuentro del esposo y de la esposa. De ellas, cinco eran necias, y cinco prudentes. Las cinco necias, al coger sus lámparas, no llevaron aceite consigo; mas las prudentes, con las lámparas, tomaron aceite en sus vasos. Como tardase en venir el esposo, se adormecieron todas y se durmieron. A la media noche sonó un grito: He aquí el esposo que llega. Salidle al encuentro. Despertaron entonces todas aquellas vírgenes, y aderezaron sus lámparas. Las necias dijeron a las prudentes: Dadnos de vuestro aceite, pues se apagan nuestras lámparas. Respondieron las prudentes: No sea que no nos baste para nosotras y para vosotras; mejor es que vayáis a los que lo venden, y compréis el que os falta. Mientras iban éstas a comprarlo, vivo et esposo, y las que estaban preparadas, entraron con él a las bodas, y se cerró la puerta. Al fin vinieron también las otras virgenes, diciendo: ¡Señor, Señor, ábrenos! Pero él respondió: En verdad os digo, no os conozco. Velad,

Vigilate itaque, quia nescitis diem, neque horam.

*Salmo 44.10*

FILIÆ regum in honore tuo, adstitit regina a dextris tuis in vestitu deaurato, circumdata varietate.

ACCÉPTA tibi sit, Dómine, sacræ plebis oblátio pro tuórum honóre Sanctórum: quorum se méritis, de tribulatióne percepisse cognóscit auxiliúm. Per Dóminum.

VERE dignum et justum est, æquum et salutare, nos tibi semper, et ubique gratias agere: Domine sancte, Pater omnipotens, æterne Deus: per Christum Dominum nostrum. Per quem majestatem tuam laudant Angeli, adorant Dominationes, tremunt Potestates. Cæli, cælorumque Virtutes ac beata Seraphim socia exultatione concelebrant. Cum quibus et nostras voces, ut admitti, jubeas, supplici confessione dicentes:

*Mateo 25.4-6*

QUINQUE prudentes virgines acceperunt oleum in vasis suis cum lampadibus: media autem nocte clamor factus est: Ecce sponsus venit: exite obviam Christo Domino.

SATIÁSTI, Dómine, familiam tuam munéribus sacris: ejus, quæsumus, semper interventióne nos réfove, cujus solémnia celebrámus. Per Dóminum.

pues, ya que no sabéis el día ni la hora.

OFERTORIO

Hijas de reyes vienen a tu encuentro; a tu diestra esta la reina atavida de brocados y tejidos rozagantes.

SECRETA

Séate accepta, Señor, la ofrenda que para honrar a tus santos te hace el pueblo fiel, a sabiendas de que debe a sus méritos el auxilio recibido en las pruebas. Por nuestro Señor Jesucristo.

PREFÁCIO COMÚN

En verdad es digno y justo, equitativo y saludable, que en todo tiempo y lugar, te demos gracias, Señor, santo, Padre, omnipotente y eterno Dios, por Cristo nuestro Señor. Por quien los Ángeles alaban a tu majestad, las Dominaciones la adoran, tiemblan las Potestades, los Cielos y las Virtudes de los cielos, y los bienaventurados serafines la celebran con igual júbilo. Te rogamos que con sus alabanzas recibas también las nuestras cuando te decimos con humilde confesión:

COMUNIÓN

Las cinco vírgenes prudentes habían tomado, con sus lámparas, aceite en sus vasos. A media noche, oyóse una voz: ¡He aquí el esposo que llega! Salid a recibir a Cristo Señor.

POSCOMUNIÓN

Señor, que has saciado a tu familia con los sagrados dones, te suplicamos renueves sin cesar nuestras fuerzas, por la intercesión de aquella cuya solemnidad celebramos. Por nuestro Señor Jesucristo.